Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8269
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

quo agitur, distrahi non solere. facit
etiam text: in l. non solum ibi commer-
cium non est, nec adipisci potest. Inst.
de legat: Quod verbum potest in isto
textu positum, minime potentiam natu-
ra ostendere, quia secundum naturam
bene adipisci posset, sed impotentiam
ostendere causa tam à difficultate
sicut in l. 2. §. ex his ff. de verb.
obligat: eleganter scribit Camerar. in d.
c. Imperialem. folio nobis 200. in princ.
faciunt nov. Covar. de sponsal. part. 2.
cap. 3. n. 8.

Et si uero ipse Camer: voluisset in assensu
Domini ad alienationem feudi praestando
siue impetrando eiusmodi difficultatem,
quae impossibilitati comparetur, interueni-
re recte negauit, tamen loquitur tantum
de alienatione feudi solita, adeoque secun-
dum communem naturam pro se & haere-
dibus tantum facta. Verum ista de
qua in praesentiarum tractamus alie-
natio pro se & omnibus haeredibus, con-
tedi facile neguaquam solet, ut usus
rerum Magister optimus nos docet.
Ergo reputatur assensus Domini impos-
sibilis